

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 11. Consecrationis forma in solis verbis Christi, capite præcedenti
relatis, adæquatè consisti, prout omnes Latini tradunt; non in illis, simul &
antecedentibus vel subsequentibus Ecclesiæ ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

- Gloria tibi Domine. Egressus ejus à Patre, regressus ad Patrem, &c. Utantur & Profani, Virgilius Aeneidos 6. Hic Cæsar, & omnis filii progenie, &c.
- 125 Sed & Basilius Pontius de Sacram. Confirm. p. 2. c. 7. testatur, quod similis forma, sine verbo est, formaliter expreflo, repertitur apud Lucam in confectione calicis: Hic CALIX NOVUM TESTAMENTUM IN MEO SANGUINE. Quodque Latinus Interpres addidit verbum est, quod subintelligebatur.
- 126 Ad nonum respondeo cum Suarez, Bonacina, Montesino, videri validam (licet Henriquez se-
cūs sentiat:) quia idem videtur sensus illius, ac forma confutetur.
- 127 Ad decimum respondeo cum communi non valere. Quia ut valeret, deberet ex modo loquendi, sic proferri in persona Christi, ut Christus ipse eam de corpore suo proferre censeretur, & Sacerdos non censeretur uti verbis suis, sed Christi (sic enim Christus instituit;) in forma vero illa Sacerdos ex communi modo loquendi censeretur uti verbis suis, non Christi: neque enim Christus dixit: hoc est corpus Christi, sed hoc est corpus meum. Unde & Sacerdos dicendo, hoc est corpus Christi, ex communi modo loquendi non censeretur loqui in persona Christi, sed sua. Nec Christus verba illa proferre censeretur de corpore suo, sed Sacerdos de corpore Christi.

CAPUT XI.

Consecrationis forma in solis verbis Christi, capite præcedenti relatis, adequate consituunt, prout omnes Latini tradunt; non in illis, simul & antecedentibus vel subsequenteribus Ecclesiasticis, quibus Sacerdos roget Deum, ut panem in corpus, & vinum in sanguinem Christi transmutare dignetur, prout Nicolaus Cabasilas, Marcus Ephesinus, Simeon Tefsalonicensis, aliisque Graci Recentiores arbitrantur.

- 128 Reces illas & Graeci faciunt, & Latini. Sed Latini, antequam proferant verba Christi; Graeci post illa. Siquidem in Liturgijs Jacobi, Batili, &c. post verba Christi prolati, sequitur hæc oratio: Fac Domine panem istum corpus Christi. In Liturgijs vero recentioribus Graecorum oratio ita subsequitur: Rogamus Pater ut mittas Spiritum tuum super nos, & super hæc apposita manera, & fac panem istum, pretiosum corpus Filii tui, & quod est in calice, pretiosum sanguinem Filii tui.

- 129 In oratione ergo hujusmodi, simul & verbis Christi, consecrationis formam Graeci Recentiores constituerunt, fundantes scilicet in sensu, quibus Patres auctor, prece, oratione, & Spiritus sancti invocatione confici corpus Christi. 2º. in Liturgijs antiquis, quibus Sacerdos, post verba Christi, ora ut Deus subiectum panem faciat corpus Christi. 3º. in ipsam Liturgia Latinorum, in qua post verba Christi dicitur: Suplices te rogamus, omnipotens Deus, jube haec perfervi, per manus sancti Angelii tui, in sublime altare tuum, &c.
- 130 Verum hæc opinio prorsus infundata est, firmiterque dicendum, cum Patribus omnibus, consecrationis formam in solis Christi verbis adæquate confisi sunt, insque prolati statim confici corpus sanguinemque Christi. Id enim postulat 1º. veritas factorum verborum illorum. 2º. postulat Ecclesiæ ritus. 3º. Patres omnes id ipsum unanimiter contelluntur.

- 131 Et primò quidem id postulat sacerorum verborum illorum veritas: si enim ad completam co-

rum prolationem, sub specie panis non sit corpus Christi, sed tunc demum cum oratio dicta subsequitur, sacra illa verba non sunt vera; neque dicendum est, hoc est, sed hoc erit corpus meum. Quia, ut S. Thomas arguit q. 78. a. 6. ad veritatem hujus locutionis, hoc est corpus meum, requiriatur propter verbum praesentis temporis, quid res significata simul tempore fit cum ipsa significativa: alioquin si in futurum expectaretur res significata, apponetur verbum futuri temporis, non autem praesentis, ita scilicet, quid non dicetur: HOC EST CORPUS MEUM, sed HOC ERIT CORPUS MEUM.... Unde dicendum est quod verba Christi non expediunt subsequenter orationem, in agendo, sed statim habent effectum suum. Quia significatio verborum illorum compleat statim completa locutione horum verborum. Et ideo oportet rem significatam statim adesse.... alioquin locutio non esset vera.

Secundum id etiam postulat titulus Ecclesiæ, utpote quæ (ut idem S. Doctor prosequitur) statim post prolationem verborum Christi, corpus Christi adoratur.

Tertiù Patres omnes id ipsum unanimiter contestantur. Contestantur enim, prolati verbis illis, virtute eorum, Christi corpus statim adesse. Tertullianus l. 4. contra Marcion. c. 40. Acceptum panem.... corpus illum suum efficit, hoc est corpus meum dicendo. Non ergo potesta, sed tunc cum dixit, dicendo. Ambrosius, Author sermonis de Coena Domini, Gaudentius, Damascenus n. 105. relati. Et rursum Ambrosius loco ibidem relate, ubi verba Christi accepterint, de pane fit corpus Christi. Chrysostomus homil. de prodit. Judæ: Hoc est (ait) corpus meum: hoc verbo proposta consecrantur. Gregorius Nyssenus orat. Catech. c. 37. Panis statim per verbum in corpus transmutatur, sicut dictum est à Verbo, hoc est corpus meum.... mos ad carnem transmutatur, quoniam ipse dixit: hoc est corpus meum. Eusebius Emilianus homil. in ramis palmarum: Qui tunc per se, modo dicit per Ius Ministrorum: hoc est corpus meum. Et tanta est hujus verbi virtus & efficacia, ut statim fiat quod dicitur.

Quarid, aliam consecrationis formam, quam verba Christi, capite præcedenti relata, nec Evangelista tradunt, nec Apostolus Paulus, nec sancti Patres. Nec aliam formam, etiam inadæquatam, probant fundamenta recentiorum Graecorum.

Ad primum namque respondeo, quod dom SS. Patres dixerunt, hoc Sacramentum preci, oratione, & sancti Spiritus invocatione confici, per orationem, &c. intellexerunt verba illa Salvatoris, que dum in persona Christi Sacerdotes proferunt, Deo litant, Deo gratias agunt, Deo sacrificium maxima laudis, gratiarum actionis, propitiationis & impetracionis offerunt, divinam denique Majestatem istius sacrificii oblatione recognoscunt. Ad Deum ergo mentem elevant. Deum ligunt orant. Quid enim oratio, nisi mentis ad Deum elevatio?

Ad secundum & tertium respondeo, quod si est Christus, hoc Sacramentum instituendo, ipsum conficit, dicendo, hoc est corpus meum, hic est calix sanguinis mei, sine illius humanæ orationis, seu distinctæ preci cooperatione; ita & nunc Sacerdotes, eadem illa verba in persona Christi proferunt, fine illius humanæ orationis, seu distinctæ preci cooperatione, idem Sacramentum conficiunt. Neque Latini per orationem illam: Suplices te rogamus, &c. orant ut sacra dona realiter immutentur; sed optant, ut sacra istius victimæ oblatione divina Majestas per magni Consilii Angelum presentetur, & oblatio, que in terra fit, uniuersa perpetua oblationi, qua Christus seipsum offert in celo.

¹³⁷ Oratione vero, quae in Liturgia Jacobi, Basili, & in Liturgiis Graecorum, Christi verba subsequuntur, non est nisi explicatio hujus mysterii, orationisque, quam Sacerdos, divina verba proferringo, Deoque per illa sacrificando, facere censetur, nec refertur ad tempus subsequens verba Christi, sed ad tempus quo verba Christi profununtur. Nec enim aliam ob causam oratione illa subsequitur verba Salvatoris, nisi quia simul tempore non possumus & Salvatoris verba, & orationem illam profere: idque cogimur alia & alia verba successivè proferre, ut ex Cardinali Bellarione Cardinalis Perronius observat Euchar. Auth. 15.

¹³⁸ Vel dic cum Card. Bellarmino l. 4. de Sacram. Euchar. c. 14. oratione illa Graecorum non peti, ut verba sonare videntur, matationem panis in corpus Domini. Quippe que jam facta est. Sed peti confirmationem & stabilitatem rei jam factae. Non quid Sacerdos timeat, ne evanescat munus jam consecratum; sed ut ostendat desiderium suum, & amorem erga presentiam Domini corporis. Similis locutio est Marci 5. ubi mulier quae sanata fuerat per contactum simbriae Domini, Christus ait: Fides tua te salvavit fecit, vade in pace, & ego sanata a plaga tua. Ubi illud, ego sanata, non significat voluntatis sanatoris (namen sana erat); sed idem est, ac si dixisset: placet quod sanata sis, ratum habeo quod factum est. &c.

CAPUT XII.

Corpus Christi, facta consecratione, vere, realiter, & subtiliter continetur sub speciebus panis & vini.

¹³⁹ Est veritas fidei, quam Catholici omnes constanter tenent, & credunt, i^o. Christum ibi contineri vere, id est non solum in figura, vel signo. 2^o. realiter, id est non solum objective, per apprehensionem fidei. 3^o. subtiliter, id est non solum per virtutem & operationem, seu energiam, ut heretici volunt.

¹⁴⁰ Ideo vero Catholici omnes sic firmiter credunt, quia sic Christus in Evangelio testatur, sic Apostolus 1. Cor. 11. sic universalis Ecclesia, Orientalis & Occidental, semper tradidit & credit ab Apostolorum tempore. Sic Graci Latinique Patres omnes, ab exercio nascientis Ecclesiae usque ad tempora nostra tenuerunt, ut videre est apud Bellarminum & Garettum, continuata eorum testimonia, per singula saecula proferentes. Sic denique octo Concilia Generalia declaraverunt, Nicenum I. & II. Ephesinum I. Lateranense II. Vienensem, Constantiensem, Florentinum, & Tridentinum scilicet 13. c. 1. Tamen enim ante tempora Caroli Calvi, Francorum Regis, nullus inventiatur realis hunc in Eucharistia praesentiam in dubium revocasse, idque nullus veretur Patroni contra hunc errorrem repperitus ex profecto disputasse (si forte excipiatur eos qui Christo veritatem carnis, sive Verbo veritatem Incarnationis denegarunt, de quibus S. Ignatius Martyr agit in epist. ad Smirnenos) divina tamen prudencia disposuit, ut in omnibus praefatis Conciliis, etiam in Niceno I. momento hujus veritatis, divinæ erga homines charitatis illustrè extaret testimonium, ut appareret, quam verè Tridentinum scilicet 13. aut caput primum dixerit, eam à se de venerabilis hoc & divino Eucharistia Sacramento doctrinam tradi, quam semper Catholica Ecclesia, ab ipso Jesus Christo domino nostro, & ejus Apostolis eruditæ, agnæ a spiritu sancto, illi omnem veritatem in dies fuggerente, edocta, retinuit, & ad finem usque facili conservabit.

Dixi nullum inveniri, ante tempora Caroli Calvi, qui veritatem hanc in dubium revocaverit. Primus enim qui eam in dubium revocasse dicitur, est Joannes Scotus) dictus Erigena, cuius errorem & librum, in Concilio Vercellensi, sub Leone IX. damnatum fuisse attestat Lanfrancus, quemque pluribus alius erroribus ac novitatibus maculatum fuisse demonstrat. Author dissertatiois super Joanne Scoto, apud Arnaldum perpet. fidei defens. l. 12. dissert. 1. Hunc, circa secundum tempus, in eo errore fecutus dicitur Ratramus, ille Bertramus. Quem tamen vir apprimè doctus D. Boileau, Doctor Sorbonicus, & Ecclesia Sensensis Decanus, realem Christi in Eucharistia praesentiam non negat, sed affluisse (post laudatum Arnaldum) oculendit in praesatione Apographi illius Authoris, quem ex Monasterio Lombensi publici juris fecit.

Sed nec Joannes Scotus suum hac de re erroris verbis disertis ac perspicuis, sed obscuris & involutis explicavit.

Primus prouide, qui contra hanc veritatem perspicua erravit, erroreque suum aperto marte disseminavit, fuit Berengarius, Archidiaconus Andegavensis, quies Ecclesia Mattis tunc crumpens, quasi vipercus toros, eius vilceri lacerare conatus, novam saeculo undecimo procedit harcim, affirmante Christi corpus in Eucharistia verè & realiter non continxerit, sed figuratè & metaphorice dumtaxat. Quam harcim tametsi ter abjuraverit, tandemque in professione veritatis hujus mysterii anno 1083. nonagenarius obirent, Albigenses, & Wicler tecuti sunt errantem, sed non pœnitentem, ipsiusque tecculo XVI. Zwinglius, Carolistadius, Calvinus, eorumque discipuli se adjunxerunt.

CAPUT XIII.

Catholica veritas, capite superiori asserta, probatur ex perspicuis verbis Salvatoris, hoc Sacramentum instrumentis.

R EDE Tridentinum cap. 1. supra relato veritate Tridentinum cap. 1. supra relato veritate, utpote qui in institutione hujus Sacramenti, post panis uniuersum benedictionem, se suum corpus illis (discipulis) praeserte, ac suum sanguinem disterit ac perspicuis verbis testatur est, utique Matth. 26. Cenantes eis, accipit Jesus panem, & benedicit, ac friget, ac dicit discipulis suis, & ait: accipite & comedite: HOC EST CORPUS MEUM. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illos, dicens: HIC EST ENIM SANGUIS MEUS, NOVI TESTAMENTI, QUI PRO MULTIS EFFUNDENTUR IN REMISSIONEM PEC-CATORUM. Marci 14. Accepto pane, gratias egit, & benedicit, friget, & dedit eis, dicens: HOC EST CORPUS MEUM. Et accipiens calicem gratias egens, dedit eis, & bibunt ex illo omnes, & ait illis: HIC EST SANGUIS MEUS, NOVI TESTAMENTI, QUI PRO MULTIS EFFUNDENTUR IN REMISSIONEM PEC-CATORUM. LUC 22. Accepto pane, gratias egit, & friget, & dedit eis, dicens: HOC EST CORPUS MEUM, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam cenavit, dicens: HIC CALIX NOVUM TESTAMENTUM EST IN MEO SANGUINE, QUI PRO VOBIS FUNDETUR. 1. Cor. 11. Dominus Jesus, in qua nocte tradebatur, accipit panem, & gratias agens, friget, ac dicit, accipite, & manducate: HOC EST CORPUS MEUM, QUOD PRO VOBIS TRADETUR: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam